

UNIVERSITEIT DE L. UNIVERSITEIT

CORRESPONDANCE  
DE  
J. P. BOISSONADE


II  
—  
F-M

BIBLI.  
DE  
L'UNIVERSITE  
M.S.  
1559



BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
M S.

1552



MS  
Fiches faltas



Correspondants  
de  
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M

Viro Euditionissimo J. F. Boissonade

Jacobus Novellius S. L. D.

977



Ex literis tuis suavissimis consilium Lenæque expe-  
ctandum esse intelligo; quod ut pro viribus perficiam  
curabo. Ut Græculum aliquem inveniam, qui vicia-  
nas Epistolas a Stanude Græce redditas accurate exci-  
bat, circumspicio: vereor tamen, nisi fortuna ma-  
gnopere faveat, ne frustra hoc sit, cum homines  
nationis illius Venetiis degentes lingua quidem vul-  
gari utantur, literalem, ut aiunt, vix calleant, codi-  
cibus autem antiquis excribendis impares omnino  
sint. Unus mihi adest in bibliotheca adiutor, disci-  
plina mea alumnus, qui et ipse rebus muneris sui  
gerendis vix, ac ne vix quidem sufficit. Dicitum  
a Valkenario editum inpervime habui, non sane  
quo par erat, medio recentium et illustratum.  
Pag. 57. pro Æronne emendationem meam æronne pro-  
bo, neque de venti cuiusdam nomine cum editore  
cogitandum esse puto. Codex a me in bibliotheca  
manuscripto relatus eo loco habet æronne: codex olim  
Favretianus, modo Marcianus, habet eronne. De recta  
lectione constituenda nolui ego laborare, cum verus  
Dicitur edere; quandoquidem tanti res mihi non  
videbatur, neque emendatio mea subit. At pag. 56

codex usque recte habet: sublimem nimis fieri in hoc ver-  
su edocuit dicens; quem locum in editione conspicue  
mutatum reliquisse, nullo facto iudicio, suspicari est.  
Editoris iudicium desiderare est, cum alibi, nem pag.  
n. ubi crassabor, pro crasabo, advertantibus codicibus,  
sine caussa legit, ac phrasim aliam ab auctore inop-  
portune postulas. Obiter hoc dictum esto. Ceterum quem  
admodum a me olim scripto occasionem libelli eden-  
di Walckenano fortasse dedere; ita ex eius editione  
luculentior alba et uberior existare facile posset.  
Ut id efficias Bredovius, cuius interpretationem  
Latinam Epistolarum Sancto-crucii V. C. de Geographis  
Minoribus novi quidem, at necdum vidi, optandum  
est: immo vero exoptandum ut Geographorum eorun-  
dem omnium editionem novam, iamdiu a Lenzeio  
frustra promissam, exhibeat. At, nisi qui geogra-  
phiam simulque philologiam optime tenent, ad scri-  
pta illa, vel eiusmodi alia, edenda aggrediamur.  
Vale, Vir praestantissime, meque voluntate egre-  
gia tua in me humanitati respondere certum om-  
nino esto. Venetis d. xv Julii MDCCLVIII.

V. G. J. Fr. Boissorade & Novellus, S. D.  
Equidem casu aliquo, haud vero ulla tua culpa, me literis tuis di-  
caruisse ipse putabam; ex quo factum est ut possessiones meas, quae no-  
vum aec in me benedictinae testimonium praebent, incautissime acciperem  
de Marini ac Funajii editionibus quae polliceris, per mihi gratia videri.  
de editione Marini Lugdunensi anni 1559 haec habero. In fronte, post M. Anto-  
nini etc. Marini Negostiani de Evodi Vita et Felicitate liber, nunc primum  
publicatus, Innominato quodam interprete, adiectis videlicet scholiis e Biblio-  
th. Sane. Thomae Henrici. Scholia duodecim sunt, quorum primum incipit  
Pollex libro quinto et ultimum desinit de pace imperatorum. Eadem, re indice,  
esse video in editione principe an. 1558, cuius exemplar mihi deest. Interpretes  
Kabus quinam fuerit, cum Fabricio signoro. Scripsit ille videretur fru-  
strum, quem optabat, sua de nominis occultatione sollicitudinis; quando-  
quidem testatur Conradus Gesnerus in epistola an. 1562 ad Guillelmum Tur-  
nerum de libris a se editis, Tiguri impressa an. 1566 cum Vita Gesnei  
auctore Jona Simlero, pag. 171, de Antonini et Marini libros Andrea  
pauvetti an. 1558 audendos debuisse, una cum translationibus Latinis,  
in Antonini quidem libros Guil. Lylandri, in Marini vero Evodum, amici  
cuiusdam nostri, juvenis perversi, qui pro modestia nomen suum  
exprimi noluit. Fortasse Jo Henr. Hottingeri Bibliotheca Tigurina an. 1644  
Tiguri impressa, qua caveo, nomen eius denotat. Opuscula inedita  
quae praefert, minime vereor quod edita fuerint, cum eiusmodi verum  
se probe gnarum esse intelligam. Dionis Epistola eadem, ut puto,  
sunt etiam in codice Maniano relato a Mingarellio in indice Codicum  
illorum typis edito, p. 150; qui codex cum aliis  
Manianis in Bibliothecam Veneram devenit.  
Unam potiora, quae isthic non desunt, inedita  
in lucem evolvere mallet. Codex Apinophanis  
ex quo Invernizzi editio facta est, ubinam sit, omnino me laeset; quem  
equidem, ex specimine impresso, saeculo XIII antiquiorem non esse semper  
putavi, quamvis alii saeculo IX vel X adjudicaverint. De literis nostris  
apud vos florentibus merito gaudes, iamque eximia eruditionis homines  
operum praestantissimorum editionibus fidem tibi scribenti adstruunt.  
Dicendum quoque in bonas manus, uti par erat, incidere, libenter  
legi; cum etiam allata a Bredowio in Epistolis Parisiensibus de  
Geographis minoribus novae editionis desiderium moveam. Anglorum

studia novissima in Graecis Latinisque scriptoribus edendis et illustrandis  
 a te nunc primum agnosco; quod quam gratum mihi sit quere-  
 re noli; fac, quaeso, ut eiusmodi rerum notitiam, quam ex  
 commoda tuo est, mecum communices. Quod ad Italiam attinet, Ero-  
 pium a Furia, Longi Fragmentum, post Courisienum, verum ad alios  
 reperitum, Iocranis Supplementum a Musoxidi, Nidam a Lamberti  
 qui Observationes ad sectiones delectas explicandas ac mendas superedit,  
 Fabulas Lhedro adscriptas a Pannelio et Carriso, aliaque sane pauca  
 potuerim hinc temporibus edita, tu melius, quam ego, novis.  
 Nihil modo Librorum expectari a me potest, qui opus valde ma-  
 gnum ex munere fecerim, illudque necdum confecerim, Bibliotheca  
 scilicet Regia cum Museo translationem ex veteri sede ad ardam  
 palatii olim Ducalis maximam; quicquid vero otii superest, ut  
 aliorum studiis impendam, sepe oporteat. Sic vos non vobis et  
 Vale, cum praestantissime, meque ut amas ama. Venetiis die 11.  
 Octobris MDCCCXIII.

A. Nob. et  
 M. Jean Francois Boissonade  
 Membre de l'Institut Imperial  
 Rue Hauteville  
 n. 155  
 a Paris



937  
J. G. J. F. Boissonade  
Jacobus Morellius v. p. d.

979



Per mihi gratum fuit munere tuo iamdiu accepisse a Bibliotheca Lipsiensi Marimum de Vita Prodi, a te emendatum illustratum et expositum; quo libro, ob operam egregie positam, de cunctis litterarum Graecarum cultoribus bene meritus es, me praeterea nova benevolentia significatione devinxisti. Dionis Epistolas a te editas ut primum potui conferre volui cum cod. Marciano cclxxxvii saec. XIII, in Bibliothecam Marcianam cum aliis Marcianis illarum, indidemque consuli cum alio Marciano saec. XV. in Indice typis impresso sub n. DCIX relato; quem equidem Indicem cum Zannetius et Bongiovannius conficerent, epistolas omnes codice illo comprehensas iam tum pro editis habuerunt. De scriptis editis velut ineditis probatis iamdiu me sollicitum esse potui: de ineditis pro editis e contra habitis argumentum disserendi non desse tu quoque vides. Quandoquidem varias codicis utriusque lectiones in Epistolis iis cognoscere tibi non erit iniucundum, eadem subiecto. Σίθηα X. Sicem Marcianum de ποταμῶν, M. Marcianum.

Ep. in cod. N. ἀνεπίγραφα. ῥέσω M. = β. τερέπιον N. M. — καὶ τὰ περὶ τῶν λόγων πρότερον N. καὶ ~~α~~ περὶ τῶν λόγων πρότερον M. — οὐδέ μοι τὰ πολλὰ περὶ πολλῶν N. M. — καὶ τερέπιον N. M. = γ. συνεχράσθη N. M. = δ. Ἐυσελίω N. M. ~~α~~ Δρακοκτίω N. Δράκοντα M. — ἥτις ὅτε ὑπὲρ δὲ τῶν N. ἥτις ὅτε, ὑπὲρ δὲ τῶν M. — ἴνα τὰς μὲν συνεχράσας N. M. ε. Σαβιανῶ N. M. βεβιώπηται μοι τὰ πρότερα N. βετὰ πρότερον M. — καὶ σοὶ αἰὶν ὁμολογούμενον εἶναι N. M. — ὡ συνεχράσθη τὰ μεσῶν ὡ συνεχρήθη τὰ μεσῶν M. ~~α~~ in Epistola a in cod. Marciano est μηδὲν βεβλώμενον, in Marciano β̄ βεβλώμενον.

Codex idem Marcianus DCI Cratetis Epistolas quatuordecim quoque  
continet, easdem scilicet quae in editione Cuiaciana 1606. patent.  
Varias lectiones Codicis Marciani LXXXI. quoad Epistolas Cratetis ac  
Tiberium de Schematibus se a me iam accepisse puto. Codex vero  
ille DCI unus ex iis est quos nondum satis inspexi pro editione  
tomi secundi Bibliotheca mea Manuscriptae; quamvis ad  
eius aliorumque plurimum illustrationem apparatus uberrimus  
confecerim, iamque magna ex parte ad impressionem  
propemodum comparaverim: sed labor hic quoque, ut  
alii graves et diuturni, studio litterarum a me exantlati,  
in nihilum facile desinent. De Epistolis pseudo-Diogenis fortasse  
nonnihil potrem ego tecum communicare, nisi modo tot ego  
distinerer curis, ut inquirendi tempus omnino desit. Te tamen  
non tases ad eas dignoscendas facere quoque posse Epistolas  
Laconicas a Gilberto Cognato an. 1554. editas, Epistolas principum et  
Sapientium Virorum a Hieronymo Jonellino Venetijs an. 1574. vulga-  
tas, deinde alibi impressas, Catalogum Cod. MS. Marcianicum ab Iri-  
ante confectum p. 71. pag. et Florentinorum a Bandinio, in quo  
T. II. p. 152a Dionis etiam Epistola relatae sunt. Collectionem Epi-  
stolarum Aldina et Cuiaciana multo pleniorum se editurum  
recepit Orellius ad Nicolaum Samacenum 1810. p. XIV. Junapi-  
um ex editione sua allatam a te video ad Marimum p. 46. 130.  
ex alibi: ne dum tamen est liber a me vitus, neque fortasse in  
luce prodit, quod Alphenbachio manum ultimam exspectet.  
Gracas literas iuvare, quod egregie facis, ne desinas. Vir  
praestantissime, meque tui amantissimum amare perge.  
Venetijs die XV. Februarii MDCCCXV. scriptor.

V. G. J. Fr. Boissonade  
Jacobus Morellius s. p. d

envelope Garatoni à Wyt.  
Siman 16. 980

Misit ad me Gaspar Garatoni, vir eruditissimus, veneriq.  
amicitia consuntus, exemplario nonnulla. Curarum  
secundarum in orationem Ciceronis pro Manio, idemque  
ut ea viri eiusmodi verum peritis pro voluntate mea  
tribuan facultatem fecit. Nullus ego dubito quin eius li-  
beralitati optime respondeam, si unum praesertim tibi dem;  
quod cum libris a J. S. Juchs ad Millinum nostrum infra  
paucos dies mittendis accipies, alio exemplari adiecto pro  
Wyttenbachio, cui ut opportune mittas rogo; quandoquidem  
alio pacto id officium praestare haudquaquam possem.  
Garatoni, opinor, bene nota ex editione Neapolitana  
operum Ciceronis eo curante facta, nunquam tamen  
vicio typographi absoluta. Mediolani Angelus Maius ex co-  
dicibus Ambrosianis edidit fragmenta orationum sex Cice-  
ris ex commentariis Aemilio Laetiano tributi; modo autem  
Cornelii Frontonis opus Grammaticum ad codicem primigeni-  
um recensitum, cum illustrationibus est editurus. Junapium  
num velut impressum afferri a te video ad Vitam Brodi  
p. 13. 148. ex. nec non a Paul-Hochette / Hist. de Colon. Gr. 7. 12. p. 413  
aliisque; sed fortasse, quod Wyttenbachii annotationes omnes  
nondum accesserint, vulgatus liber non est. Brodi Vitam  
a Marino scriptam, a Vincenzio Marinero Valerino an-  
1659 Latine redditam refert Iriarte in codicibus Matritensibus  
p. 515. At vero codicem eius Tauvinensem a Barbario ex-  
aratum, non ab Andrea Darmario Epidaurico dum Hasin censuit,



Graec. Vulg. lingua compositus Venetiis an. 1529<sup>84</sup> Typis  
 in 4<sup>o</sup>, de quo Biblio. Fabricii Harlesiano T. VIII. p. 15  
 Haec et eiusmodi alia sequioris aetatis poemata ad Nicom.  
 fortasse iuvant. Tiberium tuum videre cupio et a Milli-  
 no expecto cum alijs libris ab eo mittendis; de quibus fac  
 ut ipse sciat literas suas diei 7 Februarii me accepisse,  
 postea vero quam libros recepero iis opportuna respon-  
 surum; neque Monumenta Aegyptia sua ad me mitti  
 nisi primum de missione ei scripsero. Interca in rebus  
 literarijs agendis, non scribendis, totum me esse oportet.  
 Miram me senes Apollo. Imperator Domitianusque meos  
 pro sua humanitate ac benignitate, annulum aureum  
 adamantibus ornatum literisque initialibus suis  
 mihi insignitum dono mihi dedit: praeterea inter egypti-  
 ces centum Ordinis Corona Ferrea a se delectos cepit.  
 Quae de libris novis Bataviae et Angliae munisti gratis-  
 sime intellexi, cum fere omnia ignorarem: cura itaque  
 ut eiusmodi alia communicare pergas. Vale et me sui  
 amantem, ut amas, ama. Venetiis. Die 2. Martii MDCCLXVI.

~~Editionis (p. 91) (ὄντως) p. 14. 19. τὴν πορτίδα p. 81. 14. 5. ὑπὸ  
 ἴκας - p. 61. 1. 12. δακτύλιον διαμαρτυρεῖ - p. 69. 1. ult. ἐξημερέως<sup>2</sup>  
 p. 90. 1. 1. μέσος καὶ εὐσάχαι Ms μέσος κατ' ἀντίθετον εὐσάχαι  
 p. 90. 1. 4. εὐσάχαι p. 90. 1. 4. πτερυγέως (p. 96. 1. 15. πορτίδα)  
 p. 101. 1. 4. λιπαρῶν (p. 101. 1. 2. γεισῶτες) p. 111. 1. 10. εὐσάχαι  
 p. 141. 1. 11. εὐσάχαι (p. 169. 1. 5. φίλα δ' ἄρα ζουροφάρτα)  
 p. 201. 1. 4. ὡς ἴσως - p. 201. 1. 7. εἰ καὶ ἐαυτῷ τῶν δακτύλων - p. 201.  
 p. 309. 1. 15. φίλα δ' p. 309. 1. 15. μέγα τρεῖς  
 ad Phil. p. 30  
 ad Phil. p. 235  
 p. 157.~~

N. G. J. Franc. Boissonade  
Jacobus Morellius s. p. d.

Ex literis tuis die 25. Jan. datis subenter intelligo exemplar  
Aliciae Bugemiani, quod pro Chardonio jamdix descriperam  
ad manus tuas bona fortuna pervenisse; quandoquidem  
editionem tu parvas, quo pretium quod operi deesse vi-  
detur quodammodo ei conciliare vales. Num aliud eius-  
dem operis exemplar in Bibliotheca Vaticana sit, nescio:  
Hieronymus Martini qui Bibliotheca illi adest, et Couverio ac  
Weiskio pro Longo et Dionysio Longino favit, dicere posset;  
at mihi cum homine illo nullum epistolatum commercium  
est. Quod Sago, viro summo, et mihi editionem  
tuam dicere constituiti, est id benevolentiae erga me  
suae testimonium gratissimum: cave tamen ne cum  
celso cypressu lennum viduum coniungas. Excerpta  
Macarii Chrysocephali ex Fabula amatoris Theodori Diodo-  
mi in cod. Veneto pauca sunt, pauciora quae idem  
cum differentia ab editione Paulminiana offert: itaque  
ea hic subicio. Non item se res habet quoad Fabu-  
lam amatorem Constantini Manassis, cuius excerpta  
chartas decem utrinque scriptas Codicis in 4. implent: ni-  
hilo tamen minus omnes exscribere constitui, iamque  
incepso res est. Haec mihi scribenti memoria subit  
Fabulae amatoriae versibus politicis ab anonymo scripta  
de Anoribus Lybistri et Rhodamnes, cuius excerpta non  
paucis Martinus Gysin<sup>1584</sup> offert in Heliodoro suo an. 1584  
Francofurti impresso in 8.º; itidemque venit in mentem  
liber de Thesei et Emiliae Myrris, idem versibus politicis